

20 tamen ab eis ipsis, cum iam essent adultae, ferrum removit instituitque,
21 ut candardibus iuglandium putaminibus barbam sibi et capillum adurerent.
22 Cumque duas uxores haberet, Aristomachen civem suam, Doridem autem
23 Locrensem, sic noctu ad eas ventitabat, ut omnia specularetur et
24 perscrutaretur ante. Et cum fossam latam cubiculari lecto circumdedisset
25 eiusque fossae transitum ponticulo ligneo coniunxit, eum ipsum, cum
26 forem cubiculi clauserat, detorquebat. Idemque cum in communibus
27 suggestis consistere non auderet, contionari ex turri alta solebat.
28 Atque is cum pila ludere vellet — studiose enim id factitabat — tunicamque
29 poneret, adulescentulo, quem amabat, tradidisse gladium dicitur. Hic cum
30 quidam familiaris iocans dixisset: ‘Huic quidem certe vitam tuam
31 committis’ adrississetque adulescens, utrumque iussit interfici, alterum,
32 quia viam demonstravisset interimendi sui, alterum, quia dictum id risu
33 adprobavisset. Atque eo facto sic doluit, nihil ut tulerit gravius in vita;
34 quem enim vehementer amarat, occiderat. Sic distrahuntur in contrarias
35 partes impotentium cupiditates. Cum huic obsecutus sis illi est
36 repugnandum.

Cicero, Tusculanae disputationes 5.57-60

Tekst 3

In onderstaande tekst laat Cicero iemand vertellen over de tempelplunderingen die Dionysius, tiran van de stad Syracuse (op Sicilië), overal in de Griekse wereld uitvoerde, zonder dat hij bang was daarvoor gestraft te worden door de goden.

1 Dionysius, de quo ante dixi, cum fanum Proserpinae Locris expilavisset,
2 navigabat Syracusas. Isque, cum secundissimo vento cursum teneret,
3 ridens ‘Videtisne’, inquit, ‘amici, quam bona a deis immortalibus navigatio
4 sacrilegis detur?’ Atque homo acutus, cum bene planeque percepisset, in
5 eadem sententia perseverabat. Qui, cum ad Peloponnesum classem
6 appulisset et in fanum venisset Iovis Olympii, aureum ei detraxit
7 amiculum grandi pondere, quo Iovem ornarat e manubiis
8 Carthaginiensium tyrannus Gelo; atque in eo etiam cavillatus est aestate
9 grave esse aureum amiculum, hieme frigidum; eique laneum pallium

10 iniecit, cum id esse ad omne anni tempus diceret. Idemque Aesculapii
11 Epidauri barbam auream demi iussit; neque enim convenire barbatum
12 esse filium, cum in omnibus fanis pater imberbis esset.

Cicero, *De natura deorum* 3.83

Aantekeningen

- | | |
|------------------|--|
| <i>regel 1</i> | dico spreken |
| | Locris in Locri (<i>stad in Zuid-Italië</i>) |
| <i>regel 2</i> | Syracusas naar Syracuse |
| <i>regel 4</i> | homo Hiermee wordt Dionysius bedoeld |
| | cum bene planeque percepisset Vul aan als lijdend voorwerp: id |
| <i>regel 5</i> | sententia opvatting |
| <i>regel 6</i> | ei Hiermee wordt het grote cultusbeeld van Jupiter bedoeld, dat bedekt was met een gouden mantel |
| <i>regel 7</i> | ornarat = ornaverat |
| <i>regel 7-8</i> | e manubiis Carthaginiensium uit de opbrengst van de buit die hij behaald had op de Carthagiers |
| <i>regel 8</i> | Gelo Gelo (<i>een voorganger van Dionysius</i>) |
| | cavillor in + ablatus spottend zeggen over |
| <i>regel 10</i> | ad + accusativus geschikt voor |
| | Idemque Ook |
| <i>regel 11</i> | Epidauri in Epidaurus (<i>in deze Griekse stad was een belangrijk heiligdom van de god Aesculapius, een zoon van Apollo; in de tempel stond een groot godenbeeld van Aesculapius</i>) |
| | neque enim convenire Lees: dixit enim non convenire |